



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1657

§. 80. Dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. v. 42.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

alle dee verstoruen Heyligen, Engelen, oft andere Creaturen anropen &c. die vee ofte menschen mitsgaders ander dingen legenen, ende die solcke legeninge gelouen geuen. Quid his formulis magis insanum poterant excogitari pseudo-Christiani! Sed misse his eamus ad Dominum, qui ista videt, & tolerat ad tempus.

Olesu da mihi tecum & eum Catholicis semper ornandi formulam tenere, nunquam ad profanos aliorum ritus deslectere. Seductores sunt qui aliter, quam tu & Ecclesia tua docere audent.

§. 80. *Dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. v. 42.*

Titulus, Pater & mater, mirè afficit eos, quibus tribuitur, ita ut Christum Dominum putent quidam in cruce eo titulo abstinuisse, cum compelleret matrem suam, orat autem hic filius optimus sapientissimusque patrem æque optimam sapientissimumque, ea quæ ipsi optime, nos ægre intelligimus. Nam calix nullus in horto apparebat, & tamen calicem transferri orabat.

Domine Iesu, qui sic loquebaris, tecum loquor doce me obsecro. Quis est iste calix: an imminens passio? sed quomodo cogitabo, quod ores transferri à te passionem, qui volentem dissuadere passionem tibi vocabas satanam, & iubebas abire à culpe tu tuo. An igitur Sanguinem tuum vocas calicem, quomodo ironicè ludæis, & tu serio vocasse corpus tuum patens? & sic oras transferri seu separari sanguinem tuum per mortem à corpore tuo? si iste sit sensus tuus, certe pius, certe ingeniosus est sermo tuus, an forte calix iste, quem transferri oras, est si uetus tuæ passionis, in calicis oblatione indies renovandus? Sanctus etiam est sensus iste. Quisquis autem fuerit, ego tibi Domine piissimas gratias ago pro oratione ista, tibi clarissima, mihi obscura.

§. 81. *Verumamen non mea sed tua voluntas fiat. v. 42.*

Quis fuerit sensus verborum quibus à se transferri calicem Domini oravit, jam diuinavi. Communior Patrum sententia est Christum Dominum hoc tanquam verum hominem angustiatum & secundum inferiorem portionem pro infirmitate humanæ naturæ ab eo susceptæ, mortem exhorruisse, & mori reculasse; Ardentem tamen ejus erga Deum & homines amorem (illis ut satisfacerent, nos ut redimeret) vim naturales affectionis superando, mira fortitudine devicisse. Atque ideo obvia subiurxisse in lucta ista: *Verumamen non mea, sed tua voluntas fiat.* Sane & facilis captus vulgi explicatio, etsi altera quam dedi ac tertia sit subtilior atque studioribus convenientior. Secundum quas, ita præsentia verba acci-
piamus